

Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In Omnes Totivs Anni Dominicas

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]
Scriptoribus pleniſimum, cum occurrentium fidei controuersiarum
tractatione.

De quatuor Hominum nouissimis - Qvi Qvidem Sacri Adventvs Qvatvor
Hebdomadis accommodati: Sed & Concionvm Fvnebrivm materiam
abunde suppeditant

**Besse, Pierre de
Coloniae Agrippinae, 1620**

Feria 6. post Dom. 2. Aduentus. De seuerissimo examine quo iudicandi
examinabuntur, agit, in quo Christus Ludimagistro ac Doctori, iudicandi
vero studiosis per classes distributis comparantur, deque ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56226](#)

veneris, & generalem hunc conuentum celebraris, ab hœdis sequestrati, in dextra parte confistere mereamur: utque corpora hæc nostra sepulchris egressa; pelle propria conuestita, ossibus compacta, animaque denuo subintrante redanimata sint, vt ipse olim promisisti, instar solis rutilantia, instar stellatarum rerumque cœlestium incorruptibilia, denique gloriae cœlestis gaudioque participent, vt olim dolorum & ærumnarum participarunt; & quoniam, ô Iudex maxime tremende, summaq; maiestatis, omnes in valle Iosaphat, loco ad iudicium hoc peragendum peridoneo, comparere necesse est; nobis hoc, obsecro, bene cedar, vt, postquam latram pro nobis sententiam tuleris, in vitam æternam, qua ultima & summa felicitas est, ingredi valeamus; cuius nos compotes reddat, qui viuit & regnat, in sæculorum læacula, Deus. Amen.

F E R I A S E X T A .

D E EXAMINE Q V O D I N I U D I C I O
iii die instituetur.

Partitio.

- I. De memoria præteriorum & futurorum usurpanda.
- II. De persona iudicii.
- III. De horrendo rigore iudicij.
- IV. Delibria aperiendia.
- V. De examine iudicis.
- VI. De peccati nudandia.

Memorare nouissima tua, & præsternit
seuerum examen quod in iudicio habebi-
tur, & in æternum non peccabis.
Ecclesiast. 7.

F I G V R A .

Matt. 25.
Dlues quidam paters familias, relicta do-
mesticis omnium rerum & facultatum
administratione, thesauroque iis ad negoti-
andum, interea dum abesset concredito; ab-
iit in regionem longinquam, procul à domo &
patria. Post longum deinde temporis spatiū
recessus, vocauit ad se seruos, rationemque

ab iis traditæ pecuniaæ postulauit: singulorū vero rationibus diligenter examinatis, quos fideles & industrios in negotiando reperit, præmiis amplissimis affectos & laudibus; a se dimisit: quos autem rerum suarum negligentes & socordes nihil fecisse lucri comperit, acriter correptos crudelibus & æternis suppliciis addixit. Veritas parabolæ huius visceribus conclusa, hæc est: Dominum scilicet nostrum Iesum Christum, hominem illum patrem familias, opulentum vt qui maxime, in die ascensionis ad celos, è mundi huius domo exiisse, vt in longinquam regionem secederet: in qua cum iam propemodū milles excentis annis hæserit, relictis interea nobis qui natura eius serui & subditi sumus, gratiarum suarum thesauris, sanguine inquam pretioso; cruce, meritis: tandem aliquando, cum tempus superna dispensatione præfinitum aduenerit, reuersurum vt rationem nobiscum ponat: &, quos tunc reperebit, concreditis talentis bene & debite vlos-
esse, æternam illis beatitudinem in mercede & compensationem collaturum: quos vero inuenierit datam gratiā male impendiſſe, acriter castigaturum, perpetuoque incendio mancipaturum. Et paucis vt complectar, delinacutum hic & rudi quadam Minerua adumbratum videmus examen illud, quod in extremo iudicio Iudex ille viuenter-falis instituet; examen illud nouum, inauditum, strictissimum, in quo vixisti ad obiecta poterunt respondere. Ipsum porro latius deducturus sum præsentis horæ spatio, si solitum S. Spiritus auxilium, Mariaque aduocata nostra patrocinium non denegent. Angelicam idcirco omnes salutationem repetamus.

A V E M A R I A :

Docuit olim Pythagoras, duorum potissimum temporum homini rationem habendam, temporis nimirum matutini, quo temporū quid toto die agendum sit prospicere oportet; tum vespertini, quod quid codem actū suscit Pythagoras, ad examen & trutinam reuocandum est. Idem ut faceremus monuit nos hisce verbis. Li. 3. de inop. Seneca: Animus quotidie ad rationem reddendum.

dam vocandus est: faciebat hoc Sextius, ut consummato die cum se ad nocturnam quietem recipisset, interrogaret animum suum.

Si ethnici hoc faciendum suaserint, nos nostro hoc exulcerato saeculo idem facere cur derelictemus, omnibusque Christianis assidue inculcare, duorum rotissimum temporum habendam esse rationem. Ad vos igitur me conuento, Auditores, vnicque exhortor, duorum ut temporum rationem habeatis, temporis nimirum matutini, vita scilicet & vespertini, mortis; ut in uno malorum præteriorum, in altero strictæ illius rationis, quæ vobis reddenda restat, meminensis: in quo Sanctos omnes qui unquam existere, imitabimini.

Psal. 142. Hoc namque erat exercitium regis David, cum diceret, *Memor ero dierum antiquorum*, id est, Nunquam non recordabor dies iuuenturis mea, ut peccatorum in iis commissorum hac ratione memoriam semper ante oculos habeam: in quibus de vita præterita deque aurora sermo est. Alibi vero ait:

Psal. 76. *Cogitaui dies antigos, & annos eternos in mente habui: id est, Non respiciam modo quæ præterita sunt, sed etiam oculos in venturos dies conuerram, examen tuum in mente habeo, iudicia post quæ ipsa æternitas sequetur, semper recordabor; hic de vesperra quæ exigenda est ratio, Propheta loquutus est.*

Isaia. 38. Idem olim mente agitabat Ezechias, & ad Dominum clamans dicebat: *Recognabo tibi omnes annos meos in amaritudine anima mea: Adde precor annos aliquot vita Domine, mortem differ, indulge laboranti inducias, ut interea vitæ prioris statum recolere, præteritaque delicta disquirere valeam, quibus tuam aliquando maiestatem offendam. Meminerat ille temporis matutini, & Moyses longe ante noctis: vnde de populi cœitate & ingratitudine conquestus exclamat: Gens absqus consilio est, & sine prudenter: utinam sapient & intelligerent, ac non nūnquam prouiderent. Vnde efficitur, cogitationem vtriusque temporis esse ad salutem necessariam.*

Poetæ omnium nugarum artifices & concinnatores, Deum quendam excoitarunt,

cui gemina esset facies, una nimis quam videret ea quæ retro essent, altera qua quam ante posita conspicaretur; & hunc Ianum b. Christi frontem nuncuparent. Fabulosum hoc quidem & commentitium: hinc eamen ostendere cupio, Christiani bicipiti huic Ianu si debent miles esse debere; gestando nimis oculos anterius, ut futura præuideant; item retro, quibus præterita respiciant.

Vidit Ezechiel olim quatuor animalia, *Ezech. 1.* quæ pedes & alas haberent, quæque instar fulgoris ibant & reuertebantur. Enigmatische per hæc animalia designari certum est Christianorum animas: quæ alas quidem habere videntur, eo quod piis se meditationibus à terra in altum subrigunt, pedes autem quando nimis corporibus his inclusæ in lacrymarum valle cursitant; sed debent ad hæc ire & reuerti, in alterum scilicet mundum se contemplatione transferre, ut iudicium & examen quo Deus in impios vterit perpendant: inde vero etiam mox reuerti, ut prioris vitæ seriem præteritaque delicta interdum præ oculis habeant. Huc respergit regius Psaltæ dum canit: *Et propter Psal. 7. hanc in altum regredere, Dominus iudicat populos.*

In scala, quam Iacob olim dormiens vidit, quidam Angelorum descendebant, quidam vero ascendebant, & nullus, ut bene nota Bernardus, quiescebat. Docet nos visio, in vita huius scala, quæ non nisi sexaginta, ad summum octoginta gradibus constat, per quos ætatis nostræ anni designantur, semper nobis esse ad extremi huius iudicij meditationem ascendendum, & in delictorum nostrorum cognitione descendendum, & in nullo nos gradu nostri oblitos morari debere.

In lege Mosaica, quæ plena erat figuris *Hebreo. 9. v. 27.* (Vmbra siquidem habet lex futurorum bonorum) animalia quæ non ruminabant velut *Deuteronomio. 14.* immunda habebantur. Nouum hic mystrium: quo edocemur, animas quæ nunquam aut rarissime diuina iudicia ruminant, neve examina, discussionesque, quas illuc habentum iri certum est, meditatur, coram Deo velut immundas habeti. Hinc fortasse facitum

Cant. 7. Etum est: quod sponsus in cantibus, omnes dilectæ suæ perfectiones & dotes corporis deprædicans, inter cæteras os eius roseum, & dentes ad ruminandum aptissimos dilaudit. *Gutturn sicut venum optimum, digrum dilector meo ad potandum, labi que dentibus illum adrum nardum.* Ex vehementi huius amoris testimonio discere possumus, inter omnes animas, quæ Iesu Christi sponsæ sunt, eas longe pulcherrimas, maestatique eius gratissimas haberi, quarum dentes sine ad ruminandum idonei, id est, quæ semper ex amen, quod in stricto illo iudicio habebitur, mente voluant.

Luc. 16. Et est hoc profecto attenta & matura meditatione dignissimum: tunc enim magnus ille paterfamilias, vt in parabola apud Euan gelistam habetur, villici, id est, peccatoris diffamatione audita, eundem ad se vocabit, vt coram eo rationem de villicatione reddat, indignatusque illum increpabit, *Redde rationem villicationis tuae, iam enim amplius non poteris vivere.* Unice ad hoc nos adhortatur Sapiens, creditque solam iudicii huius examinique instituendi meditationem esse optimum ac præstantissimum aduersus omnina scelerata antidotum: dicens, *Memorare nouissimam tuam, et in eternum non peccabis.* Atq; hoc est, quod præsenti vobis concione declarare decreui, primo docendo, quam strictum & rigidum hocco examen futurum sit, ac deinde quantus ex revelatione occultorum scelerum futurus sit pudor. Silete, pri munum aggredior.

f. de verb. Docent Iurisconsulti, vt iudicium aliquod (quod nonnisi legitimus actus est trium personarum, qui redditur inter stipulantes) plenum & absolutum sit, tres esse necessarios, iudicem nimirum, reum, & actorem: & si quando reus factum negat, quartum ad hos adhibendum esse, testem videlicet, qui id aperte probet, vt in Decretalibus iudicem legum interpres tradunt: per testimonia autem, atque hic glossa intelligere possumus actionem, instrumenta, scripturas, probationesque aliunde accessitas. Porro nihil horum in vniuersali iudicio deerit. Audiuitis enim iam alias, Christum illuc veluti absolutum iudicem cum plenaria &

Tom. 4. Bess. Aduent.

delegata potestate confessurum: rei porro ipsi, erunt peccatores, actor & accusator, diabolus: non deerunt hic etiam testimonia & probationes extrinsecæ. Omnes siquidem creature aduersus miserum hominem testimonium daturæ sunt, *Omnis creatura armatur contra infelatos.* Ipsa quin etiam virtrix conscientia aduersus eum testabitur, *Testimonium reddente illius conscientia ipsorum,* ut ad *Rom. 2.* Romanos Paulus scribit.

Tunc scilicet ô miselli rei, magnus ille Deus quæstionem instituet, diaboli accusabunt, propria denique arguerent conscientia, Tunc pater ille familias iratus dicet, *Redde rationem villicationis tuae.* Quatuor vobis, ô peccatores fundos & villas tradidi, easque opimas, & in quibus lucrum facere potuistis, quas iam mille sexcentis annis tenuistis, imprimis mundi villam cum omnibus creaturis: corporis deinde, quod tot in sensus ac facultates organicas continet: tertio animæ, qua tot gratiis & charismatibus cœlestibus donata est: denique villam crucis meæ, Sacramentorum, mortis, sanguinis ac Passionis. De quatuor his iam rationem redde. Dicite quomodo vos in eatum villicatione gesseritis, an non collatis vobis gratiis abusi sitis, easque in veritos usus conuerteritis?

Huc adsis Prælate & Episcope, reddere rationem villicationis tuae, gregis tui non caute custoditi, tot animarum, quas prauis dogmatibus & malo exemplo imbuisti, parochiarum perperam administratarum, bonorum Ecclesiasticorum non recte expensorum, beneficiorum male collatorum, aliorumque defectuum in animarum administratione admissorum. Tu quoque ô Princeps & rex, reddere rationem villicationis tuae: rationem de iniustitia à iudicibus tuis exercita, de tot peruersis consiliariis, de corruptis iudicibus, tot insolentibus famulis, de luxu aulicorum, de superbia subditorum, grauaminibus & exactionibus iniquis quibus populum exhaustisti, de legibus in regno & domino male custoditis & violatis. Tu etiam nobilis reddere rationem de donis tum corporis tum animi, reddere rationem nobilitatis

T tuæ,

202, libertatisque illius quæ tibi plurimorum delictorum occasio & ansa fuit, cum potius stimulus & calcar ad veram animi nobilitatem, quæ non nisi per virtutes comparatur, parandam esse debuisset; redde rationem tanti neglectus diuinorum mandatorum in plebe, oppressionis ciuium, pupillorum peculatorum, ciuium tuorum ruinæ, superbiae, insolentiae & arrogantiae propriæ. Redde rationem Doctor, de pretiolo tempore perditio, & tepiditate erga res sacras, negligencia in spiritualibus, de tot erroribus in motu impiorum & blasphemis dogmatibus excoigitatis. Redde rationem Religiose, de obedientia transgressione, de calitatis & paupertatis regularumque tuarum violatione, de arrogantia & presumptione loco humilitatis assumpta.

Redde rationem tu Concionator de profanato Euanglio, de scriptura sacra neglegitu, de tepiditate in peccatoribus castigandis, de exigua in docendo populo charitate: redde rationem quod fueris in orationibus taurus, studiis tempus prout oportuit non impenderis, honores ambieris, ab omnibus que coeli & suspici desideraris. Redde tu etiam rationem mulier quod honorem violaueris, corpus vendideris, Dei tuique oblitera prostrueris, quod Dei imaginem fucis & pigmentis vitiaueris, eius legem despixeris, tot animas in pericolum & interitum traxeris: tot inutilia & otiosa verba protuleris, tot impudicas cogitationes desuertiaque animo soulexis, tot lasciuos hancitus emiseris, & ab aliis vicissim receperis: quod ita superbieris, luxu diffuxeris, prodiga & effusa fueris, proximum denique scandalo dato offendenteris. Ecce haec est examini formula, Auditores.

Testes quietiam hic audiuntur. Hinc namque diaboli frenentes & rabie rumentes dicent, Periucaces hos & obstinatos comedna Domine, ad inferos detrude: Conuentantur peccatores in infernum, iudica illos Deus, mille namque criminum rei sunt; descendans in infernum viventes, vindica auariciam illam, superbiam castiga, infernalibus flammis luxuriam illam compel; Reddere tributo nem superbi, insolentes humilia, adimum eos

deince qui caput inter nubila condebant, impudentibus pudorem incure, linguis dolosis loquaciam eripe: Erube faciat impius, deducat. Psal. 31. tur in infernum, muta fiant labia dolosa.

Ilic vero cœli clamabunt & dicent. Iam, ô Creator aterne iustitiam exerce, iam iniurias in te commissas castiga, iam exurge & discipla inimicos tuos. Et sane corpora illa cœlestia aduersus hominem etiam testimonium ferent iniuriamque sibi ab eodem factam conquerentur. Renebunt cœli ini. lob. quitaratum. Nec ipsi solummodo cœli, sed viuens etiam creaturæ: ipsæ quoque patæ, & saxa aduersus eum testimonium dicent, & iudicem ad vindictam extimabunt; fugura creator omnipotens in ingratum peccatorum consuetudinem tuam, secundum iniquitatem eius ultionem exerce: nullus enim intelligere ut bene ageret, legem Psal. 35. tuam semper contempnit, virtutum semper noluit inhibere, sed ad peccatorum deum tramitem deflexit: Absit omnis via non bona, Job. 21. & iniquitate sunt via illius in omni tempore, duxit, quin etiam in bonis dies suis, voluptatibus indulxit, tempus inutiliter transgit.

Verum quid ipsa hic dicet conscientia & quomodo insurget? quomodo prophetæ verba ingeminabit, & ostender, lese tortes impiorum dixisse: Nolite iniqua agere, & deliri Psal. 74. quentibus, Nolite exaltare cornu. Ad iudicem itaque conuersa his eum verbis ad iracundiam & vindictam capiendam provocabit. Officio tuo iam fungere iudex & quilibet nullam enim praetexte impiorum excommunicationem queunt: furoris tui mucronem experiantur nihil enim reperiunt quo nuditatem velent, & turpidinem pallient. Totis remorsis ingeri, tot pia monita quotidie suggesti, tortes ad bonam frugem ut conquerentur ad moniti; ut peccandi finem sacerent extimulauit: tortes dixi, ne insolecerent, aut superbire cornu exaltarent, sed incassum. Quam obrem Domine, quoniam aduersus haec omnia ne mutare quidem audent, sed se viatos confidentur, iniuriam hanc vindica, iustitiaeque brachium exere; Haec mea dictio est.

Non

Psal. 9.

Psal. 45.

Esa. 39.

Angelorum aduersus Plena enim voce, ita ut ab omnibus exaudiendi fiat hanc aduersus hominem accusacionem instituent; Tandem aliquando, & summe Index, maledictos illos peccatores iudicata, irreuocabilem illam mortis sententiam, quam toties promeruere, aduersus eos pronuntia: quamdiu enim in hoc mundo vixerit, nullis nostris inspirationibus monitionibus ad meliorem redire frugem volueret; suggestimus, ut a via prava conuersi penitentiam agerent, ut relicto diabolo Deum agnoscerent. Sed frustra. Toties libidinosis & laxatis in omnem turpitudinem habentis ruentibus suggestimus: Nolite fieri si: ut equus & mulier quibus non est intellectus. Avaris, Reginas nolite concupiscere. Propter diuitias insolentibus, Diuitia si affluant, nolite cor appetere. Superbis & tumidis. Nolite extollere in altum cornu vestrum. Peruicacibus & saxe durioribus, Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Omnis tamen nostra adhortatio frustra fuit, mortuis & littori verba fecimus, sed quia noluerunt benedictionem, ideo elongabitur ab eis. O testimonialia grauissima, & depositionem sole & meridie clariorem! Nihil adhuc, & miser peccator respondere aut hiscere poteris, cum omnia sint quam certissima, & testes omni exceptione maiores. Quis hic itaque non trepidet ac formidet?

III.
Psal. 94. Porro Deus ipse examinabit & discutiet, ait enim de se apud Prophetam, Arguam te & statuam contra faciem tuam. Dæmones autem accusationem intentabunt, & omnes creature testes erunt. Quale, Deus bone, exame, qualis actio, qualia testimonia! Deus item disquireret, & horror! diabolus eam movebit, & terror! tosus autem orbis eidem subscribet, miserum! An non metuis anima mea, cum cogitas aliquando te coram strictissimo hoc iudice apparituram, coram tot rebus de rei veritate certissimis, & vbi de tot criminibus accusaberis? Princeps ille hominum Adam, unius tantummodo criminis reus, hic sese iudici fistere iussus, comparere metuens, fugaque sibi consulens, sub arborum ramis frondosisque latebris delituit.

Quid autem tu, & misera facies, cum ante iudicem hunc rapieris de innumeris crimibus conuicta? Quo te conferes? vbinam te abscondes? nusquam enim latitare poteris. Praevidit id olim David, cum de se loqueretur: Quo ibo à spiritu tuo? & quo à facie tua Psal. 138. fagiam? Si ascendero in cælum, tu illic es. Si descendero in infernum, ades. Si sum puro pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris, Etenim illuc manus tua deduces me, & tenebis me a dextra tua.

Bernardus cum strictum hoc examen animo volueret, tremit & sudat, itaque scipsum serm. 27. de plorans alloquitur: O lachryma, ubi vos sub modo bene traxistu? O lachryma ubi es tu? ubi es fontes viuendi lachrymarum? fontes lachrymarum fluit super faciem meam, rigate maxillas meas. Deus meus quis faciat, cum venerit iudicium tuum? Quid respondadebo, cum venerit examen iudicij tu? Quid dicam ego misera, & peccatrix, cum presentata fuero ante tribunal Christi va dies illi, in quo peccauit ve diei illi, quando malum feci? Vtinam non illuxisset sol super me, o dies detestanda, dies abominanda, o dies penitus non nominanda! Non minus quoque timuit David, cum diceret: Non es janus in carnem ea, Psal. 37. non es pax ossium meis a facie peccatorum meorum; id est, cum cogito peccata mea a iudice illo examinanda, totus horreo, & emendullor.

Ceterum haud frustra David timuit, auctor vanus eius merus fuit. Examen hoc namque strictissimum erit & exquisitissimum, cui simile nullum vnuquam existit. Erit enim in eo reddenda ratio factorum, dictorum, imo & cogitationum, atque adeo exacte & minutum, ut olim ipseludex apud Prophetam, ad candelam eadem se exquirere & examinare velle dixerit: Scrutabor Ierusalem in lucernis, id est, enucleate, distincte, vnumque post aliud, adeo ut nihil non excussum remaneat. Verba haec demiratus Bernardus, addit: Quid in Babylone tuum, si in Ierusalem manet scrutinium? id est, si adeo exacte iusti facta exutiantur, quid de impiis sperrandum est? Atque hoc est mysterium; quod Angelus Domini Zacharia Prophe- Zech. 4. tæ reuelavit, cum septem ei oculos patentes

T 2 omnes-

Psal. 129.

omnesque in lapidem vnum directos demonstrauit, innuere scilicet volebat, Deum in seuero illo examine, quo clarius hominum peccata intueatur, septem oculos assumpturum: *Septem iesi oculi sunt Domini, qui discurrent super vniuersam terram.* Psalmographus hocce idem scrutinium veritus ait: *Si iniuriantes obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit;* id est, si conscientias nostras vnde ad imum excusseris, si cominus & adhibita face, acta nostra, dicta, cogitationes que peruersas exquisieris: ecquis tandem iustus erit, quis aduersum te hiscere praesumat? Si effrons ille in Euangelio, qui non habens vestem nuptialem ad nuptias venerat, interrogatus: *Amice quomodo hic intrasti?* nihil habuit, quod responderet, sed piske multior manifit; quid faciet infelix peccator, iniuritatibus variis, velut veste lacera, cooperatus, quando eum iudex de singulis exactissime examinaturus est?

Psal. 89.

Nemo dubiter, Auditores, Praeses hic cuncta negotia nostra, discutiet, facta singula inquiret, intimas rerum medullas enucleabit, & extremos animarum angulos scrutabitur. Alio enim loco idem Propheta scripsit: *Posuisti iniuriantes nos: as in consilio tuo, faculum nostrum in illuminatione vultus tuis, in ira tua defecimus,* ait, *iniuriantes, numero plurali,* vt de omnibus rationem reddendam esse insinuet, de operibus, verbis & cogitationibus. Idipsum & confirmavit Iob: *Omnes gressus meos dinumerasti.* Perinde ac si dixisset, Scio, Iudex potentissime, esse mihi coram te rationem reddendam, neque de singulis passibus quos vñquam feci, id est, de omnibus animæ instinctibus, quæ gressus suos habet non secus atque corpus, interrogandum. Atque ita id explicat Gregorius, cuius expositioni libens accedo. Credendum est igitur, iudicem omnia inspecturum, disquiriturum, & ima cordis perscrutaturum.

Iob. 14.

IV. Quod ut nobis Sacra Scriptura demonstraret, terminis tropologicis vfa est: ait namque iudice illo terribili in throno confidente, libros in quibus singula hominum peccata descripta sunt, aperiendos, & singu-

los iuxta eorum contentum iudicados. Hos libros intellexit olim Psalmista, cum dicere, Et in libro tuo omnes scribentur. Vnde Eccl. 12. *scriptus proferetur, in quo totum continetur, unde muncius iudicatur;* quod è verbis Apocalypses tractum est: *Libri aperiuntur, & alii libri aperiuntur, & indicabuntur mortui ex his qua scripta sunt in libris.* In quibus notare vos velim, aperiuntur, positum pro aperiendis: vt & in illo loco Danielis: *Judicium sedis, & libri aperiuntur.*

Sed quid per hosce libros intelligitur? supereruntne igitur in mundo deflagrato bibliothecæ; an non vero incendio consumptæ erunt? an non ignis omnes in cineres redegerit? Quæstionem hanc explicans Augustinus, ait, non esse verisimile in iudicio illo materialem aliquem librum legendum, vel hominum peccata alibi conscripta afferari. Nimis enim putidum est per hec scripta codicem aliquem materialem, aut commentarium manu scriptum intelligere, sed verba illa Apocalypses figurate intelligenda sunt perque ingentia hæc volumina, in quibus singula singulorum peccata conscripta afferuntur diuina quadam virtus designatur, qua fiet, vt sua vnicuique opera, tam bona quam mala in vno instanti tam perfecte in memoriam redditura sint, vt coram cernere, ac velut in libro descripta legere possit, de quibus accusetur, vel quæ excauset.

Hæc quidem ex mente Sanctorum Bibliorum exposita sunt, Augustine, dicere tamen ausim, ne à litterali sensu abeam longius, vere hic libros aperiendos, Et libri aperiuntur. Erunt enim alij libri, qui ab incendio terti erunt, quique nullo vñquam a se consumentur. An non meministis ingentis illius voluminis, septem muniti sigillis, quod in Apocalypsi Ioannis describitur, in quo omnium electorum nomina descripta sunt. Tunc patet antiqui illi annales, tunc euolueret commentarius ille à mundi initio conscribi coepitus, in coequo omnes predestinati comprehensi legentur. Videbatur aliiquid de eo inaudisse Psalmista, cum dice-

Psal. 61. diceret: *Deleantur de libro viventium, & cum iusti non scribantur.* Item alio in loco: *In capite libri scriptum est de me.* Et *Apostolus: Quorum nomina sunt in libro vita.* Memoria namque aeterna Dei Patris instar Calepini est, ac diarij ab omni aeternitate contexi, in qua omnia delicta nostra velut insculpta continentur, quæ tunc patebunt. Recordamini hic, quæsto, quid in mulieris adulteræ iudicio acciderit: Ait Euangelista, Christum, interea dum muliercula hæc à Pharisæis accusaretur, & ad mortem ex legis præscripto deposcebat, conticuisse, digito tamen suo in terra scripsisse. Ita quoque ille, qui orbem aliquando iudicaturus est, modo tacet, interea dum dæmones nos accusant, & morbi addicere gestiunt; Ipsa tamen peccata memoriae suæ libro inscribit, non quasi pulueri & terra, sed ærea illa laminæ inscriberet. Duobus in locis testatur Iob Prophet: *Quia mihi tribuat, ut scribantur sermones mei? Quis mihi det, ut exarentur in libro styllo ferreo, & plumbi lamina, vel certe sculpan-*

tur in silice & postea longo intervallo: Quis mihi tribuat adiutorem, ut desiderium meum audiatur omnipotens, & librum scribat ipse qui iudicat. Ipsa quoque vniuersiusque conscientia merito liber nominari potest, in qua modo delicta nostra sigillatim, minutim, breuiterque exarata sunt, at tunc largius & pleniùs singula deducuntur. Atque hoc Ioannes in Apocalyp. innuit, dicens: *Et aliis liber apertus est;* multoq[ue] adhuc evidenter ad Romanos Paulus: *Testimonium residente illu[m] conscientia ipsorum.* Quot hic libri recensentur, & quidem rarissimi, qui omnes in generali illa disceptatione aperientur? qui vbi inspecti & excusci fuerint, eorumque capita singula, sententiæ, verba & apices mature examinati, in accusatos sententiæ æquissima, prout Scriptura exegerit, feretur. Ecce figura.

Assuerus Persarum Rex cum noctem insomnem duceret, curis nimborum quietem interrumpentibus, annales priorum temporum, antiquaque regni monumenta afferri iussit, in quæ omnia quæ ab amicis accepterat obsequia, & quas à coniuratis &

perfidis passus erat iniurias, relata erat: cum que legendo ad locum peruenisset, in quo de fideli Mardochæi Iudæi obsequio, ac cōiuratione Eunuchorum aduersus regem regnique statum per eum detecta agebatur, illos quidem dignis affecit suppliciis; Mardochæum vero ad summos honores prouexit, inque regni partem adscivit. Egregia profecto figura; qua docemur, Christum, cum præ peccatorum nostrorum, velut anxietatum mole, in cœlo amplius manere ac quiescere nequeat; in suprema illa mundi nocte, vt veteres annales & antiquos commentarios, in quibus omnium hominum vita, qui iam inde à mundi initio extitere descripta sit, & in quibus omnes virtutes & merita in eum collata, conspirationesq; pecando aduersus eum initæ continentur, perlecturum, ac tum iuxta quod in iis de unoquoque scriptum repererit testimonium, pro benefactis præmia, aeterna pro piaculis supplicia datum; Atq[ue] ita libri aperti fuisse dicendi sunt.

Theodoretus verba illa Danielis, *Iudi-*
cijm sedit, & libri aperti sunt, exponens, sen-
tit per hosce libros vniuersiusque memo-
riam intelligentiam esse; tunc enim vnicui-
que quidquid olim commisit, in mentem ve-
net, tamque clare ac manifeste, ac si libro a-
licui inscriptum legeret. Ambrosius vero in *Ambros. in*
Psalmos commentatus, eosdem libros prov-
niuersiusque conscientia accipit: *Qui libri*
aperti sunt? nisi conscientia velut libri, peccato-
rum nostrorum seriem continentur: libri non v-
tique atramento scripti, sed vestigiis delictorum,
& flagitorum inquinatum. At Augustinus *Lib. 20 de*
per eosdem designari putat Sanctos, quos *ciuit. c. 14.*
cum impij aspicerint, non secus ac si libros
inspexissent, videbunt ad oculum omnia
quæ neglexere bona, & quæ commisere ma-
la. Atque ita credendum est libros apertos
fore.

Sed ad quid hæc librorum inspectio? V.
Tunc scilicet Archididasculus ille, atque o-
mnium facultatum quæ in mundo repeti-
ri queunt Decanus, discipulos examina-
bit, tunc responsiones ordinariæ habebun-
tur, tunc quæstiones Academicæ quasi pro-
gradu adipiscendo instituentur. Ipsi Pon-
tifices,

T 3

tifices, Reges, Principes, Doctores, Philosophi acutissimi hic respondebunt; CHRISTVS oppugnabit, Angeli simul & dæmones disputationem auscultabunt. Quis audiuit unquam simile? quis similes vñquam quæstiones habitas legit? Hos vero Actus adeo difficiles ac periculosos creditit Job, vt neminem in mundo repertiri posse credat, qui hic vel hincere, ne dicam respondere, prælumat:

Job. 9.

Vere scio quod ita sit, & quod non iustificetur homo compotus Deo, si volueris contendere cum eo, non poterit ei respondere unum pro mille;

& mox adhuc subiectit: *serpente interrogat, quis respondet er?*

Quis enim subtilis ille Scotus, quis doctus ac profundus ille Aristoteles, quis ille eloquens Demosthenes futurus, qui magni huius Chrysippi ac magistri Sophismatibus ac dilemmatibus cornutis respondet.

Et bene; quoties enim hic Iudex in litteris Sacris, magister, atque homines, discipuli nuncupantur? *Vnus est enim magister vester, qui in cœlo est: ait ipse de se;* item in Ioanne Nicodemus: *Quia à Deo venisti Magister;* & apud eundem: *Vos vocauit me Magister;*

Matth. 10. & alibi: *Non est discipulus super magistrum.*

Cur hoc, obsecro, sibi nomen imposuisse arbitramur; hominibus vero, discipulorum?

Ratio egregia est, & egregium mihi conceptum parit. Magnus ille Deus postquam nos creavit, & ad annos discretionis perduxit, de commodis nostris ac progressu sollicitus, ad celebrem mundi huius Academiam nos destinat, vt in eadem virtutum studio incumbamus, variaque nobis merita, velut scientiæ thesaurum, comparemus. Vnde Ioannes in Euangelio: *Ego posuī vos ut eatu & fructū afferatis: ac de se olim Psalmographus ait: Ut discam iustificationes tuas.* Quali diceret: A primo exatis vere in celebrem mundi huius Academiæ missus sum, vt discerem quidquid ad æquitatem & iustitiam spectat. Porro varias in Academia hac classes instituit, & viros doctissimos velut rectores & curatores eiusdem dedit, qui lectiones in eadem ordinarias haberent. Ita namque intelligimus verba illa Pauli: *Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem pastores &*

Matth. 25. li nuncupantur?

Ioan. 3. & apud eundem: *Vos vocauit me Magister;*
Ioan. 13. Matth. 10. & alibi: *Non est discipulus super magistrum.*

Ephef. 4. Cur hoc, obsecro, sibi nomen imposuisse arbitramur; hominibus vero, discipulorum?

Ioan. 15. Ratio egregia est, & egregium mihi conceptum parit. Magnus ille Deus postquam nos creavit, & ad annos discretionis perduxit, de commodis nostris ac progressu sollicitus, ad celebrem mundi huius Academiam nos destinat, vt in eadem virtutum studio incumbamus, variaque nobis merita, velut scientiæ thesaurum, comparemus. Vnde Ioannes in Euangelio: *Ego posuī vos ut eatu & fructū afferatis: ac de se olim Psalmographus ait: Ut discam iustificationes tuas.* Quali diceret: A primo exatis vere in celebrem mundi huius Academiæ missus sum, vt discerem quidquid ad æquitatem & iustitiam spectat. Porro varias in Academia hac classes instituit, & viros doctissimos velut rectores & curatores eiusdem dedit, qui lectiones in eadem ordinarias haberent. Ita namque intelligimus verba illa Pauli: *Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem pastores &*

Psal. 118.

Ephef. 4.

d. Doctores, in opus ministerij, in adificationem corporis Christi. Doctoribus vero & rectoribus Christi respondent etiam classes & scholæ. Prima docto classis dici merito potest Religiosorum, in compaqua doctissimi sunt & omnium perfectissimi: hic docetur mundi contempns, voluntaria paupertas, perpetua castitas, & integritas ac plena obedientia. Sacerdotalis ordo secunda classis est, uno gradu priori inferior, in qua varie & quidem exquisitissimæ lectiones habentur, scilicet de perpetuo celibatu, de puritate animi hic imprimis necessaria, denique de insigni erga res sacras diuinumque officium reverentia. Postrema classis est mundanorum, in qua sacerulares velut nepotes & rerum suarum decotores, perfectione virtutæ honestate cum prioribus non conferendi, constituti sunt, rudes adhuc & Alphabetarij, vt interea credere, bonis operibus incumbere, aliasq; Christianas virtutes exercere discant. An non egregiae haec classes sunt? Ipse potto Deus summus eatur omnium rector ac director est, quique etiam in singulis docet. Audiamus quomodo in cathedra personet: *Discite à me, quia misericordia sum & humilia corde;* Matth. 5. & alias: *Discite quid est, Misericordiam vobis.*

Et quemadmodum magistri, lectione discipulis assignata, eandem toto dein tempore usque ad rauum clamirando exponunt; exhortantur quoque, vt eandem diligenter discant; quin & interdum minas addunt quibus eos ad discendum compellant. At ubi vesper aduenit, lectionem recitari iubent, totiusque diei pensum exigunt, tum si quos diligentes inuenerint, laudant, præmisque afficiunt; desideris vero & negligentes castigant. Id ipsum de summo hoc doctore Christo dicendum est; cum enim à prima vita nostræ aurora doctissimam lectionem nobis ad discendum prescripsit, torque præclara exempla ad imitandum dederit (ex. Ioan. 15. emplum dedi vobis, ut sicut ego feci, ita & vos faciatis.) toto reliquo vita tempore clamare non definit, quo nobis eandem explicet, ad discendum inuitet, & interdum etiam iustitiae virgam interminatur, dicens: Stude dum tempus habetis, horas bene impendite,

dite, in schola mea proficere; metuendum est alioquin ne expellamini, nam *omnis arbor, que non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur*. Eia agite; virtutem consecrati, bonis operibus incumbite, & pœnitentiam facite; nam *nisi pœnitentiam egeritis, emnes simul peribitis*. Sed ubi diuini iudicii vesper aduenierit, tum de expenso die diligētissima reddenda erit ratio, tunc de omnibus actionibus, verbis, cogitationibus, tota de-nique vita respondendum.

*Eramen religio-
rum in die
iudicii.*

Dicit enim, Huc ad sis Religiose, qui iam usque ad supremam classem promotus eras, ut videam quem profectum in scola mea feceris. Dic mihi imprimis, quoniam modo vota obseruaeris, quam exacte regulas & cōstitutiones maiorum secutus sis? Quam negligens pro pudore fuisti! quam negligenter datum tibi ad discendum tempus impendiſti: quippe qui nihil eorum quæ tibi præscripseram præstiteris. Docueram te, vt, si magnus in regno cœlorum esse cuperes, minimus hic in terra fieres: sed lectionem hanc non didicisti, ac semper aliquid mundani tibi contagii adhaſit. Docueram quoque, si ad perfectionem velles pertingere, tibi ipsa renuntiares, voluntatem propriam resignares, obedientiamque integrum superioribus obtemperando amplectereris, *factus obediens usque ad mortem*, mortem etiam crucis. At nihil horum obseruasti, aut retinuisti, semper propria spectasti commoda, propriamque voluntatem semper secutus es. *Quam obrem necesse est castigeris, tuaque negligencia acerime puniatur.*

*Examina-
buntur sa-
ecclodes.*

Et vos, dicer lacerdotibus, qui tanto iam tempore Ecclesiæ meæ ministratis, tot annis in Ecclesiastico statu versati estis, dicite mihi, in eo vos quomodo gesseritis. Huc adeste Episcopi, Præsules, Abbates, Pastores, Canonici; omnesque Sacerdotes, dicite, quomodo in Quæſtione ac Tractat De beneficiis studueritis? Quomodo bonis Ecclesiæ sponsæ meæ vſi fitis? quam male, quod deplorandum est, eadem impenderitis? Quod enim pauperum erat & in pauperum vſum collatum, bestiis dedistis, quod in egenos impensum oportuit, in canes & equos impendistis; quod bene collocare debuisti, in-

conuiuia, epulas, delicias, ac scotta insu-
re non timuisti. Non hoc ego vos docui;
neque enim donum est, summere panem filiorum & dare canibus. Voluisti coaceruate opes, palatia exstruere, dominia acquire-
re, negotiis incumbere, avaritia studere;
cum toties dixerim, *Habentes alimenta & qui-
bus tegamur his contenti: sunus.* Quocirca *1. Tim. 2.*
quoniam tam supina vestra negligentia fuit,
corripi meruisti, scandalaque vestra expiari
debeat.

Mundanos quoque coarguet, eosque ad iudicium & examen vocatos hac oratione in crepabit: Adeste geneones, nepotes disso-
luti, lurcones voracissimi, quos nulla ratio-
ne ad perfectionem potui adducere, aut ex-
infirma asinorum classe ad altiorem promo-
tere. Dicite mihi, quomodo vſi in huius cur-
sum egeritis, quibus occupationibus tem-
pus vestrum traduxeritis? quomodo diuitiis & facultatibus, quas pro mea benignitate
abunde subministraui, vſi fitis? anne ex iisdem
eleemosynas in egenos erogasti? Dixeram
cheul vobis, ut faceretis amicos de manno-
na iniquitatis, & vos ē contra in luxum eas
& dissolutionem impendisti. Dicite mihi
quomodo talentis & gratiis datis vſi fitis? ca-
ramenta & merita mea quomodo impende-
ritis, δι impii & scelerati? Tempus illud pre-
tiolum, quod bonis operibus impendere
par erat, in vanitatibus, ludis, iocis, scan-
dalis, luxu traduxistis. At non erit hoc im-
pune, sine dubio castigabimai, nam vitæ
vestrae improbitas acerbissima supplicia
promeretur. Atque huic in modum exa-
men hoc instituerit, itaque libri reſerabun-
tur.

Cur putatis etiam, iudicem hunc in Scri-
puris nomen patris assumptissime, atque ita
communiciter fedici voluisse: *Pater noster qui Euc. 6.
est in celo;* ac deinde, *Veſtitus filii patri vestri.*
Ratio est hæc, quam similitudine explicabo. Quando parer aliquis de filiis profectū
follicitus, eum ad Vniuersitatem aliquam
destinaturus est, de vietū, vſitū, libris, deq;:
omnibus necessariis ei prouidens, omnia
minutim singillatimque in anniversaria rati-
onēsque domesticas referre cōsuevit, ac dili-
genter annotare quidquid eius in studia im-
pendit..

pendit. Ut, dum illum confecto studiorum cursu, domum reuocaturus est ei ad oculum demonstrer, quanti sibi rotum illud studiorum tempus constiterit, quantumque pecuniarum eius nomine impenderit: simulque sciat, quomodo filius iisdem vsis fuerit, dicens: Quos in vsis conuerstisti nummos illos, quos tali mense tibi misi? quid de illa vestea actum est: libros illos quomodo custodisti? Non aliter quoque, Deus, omnia hominum Pater, agere solet: nam salutis eorum studiofus, in mundi huius vniuersitatem eos destinauit, ut bonis in ea operibus incumbant: interea vero largissime iis omnia subministrat, nutrit, alit, deque necessariis eiusdem abunde prouider, (nolite solliciti esse dicentes, Quid manducabimus, aut quid bibemus, ant quo operiemur? scit enim Pater vester quia bius omnibus indiget.) Interea vero omnia siq; illatim in libris rationum describit, & in memoria sua tabulis annotat: donec & scholis eos domum reuocans, rationumque librum inspiciens, illis ad oculum, beneficia iam inde ab initio vita collata demostraret, omniaque in illos impensa arguendo recenseat.

Matth. 6.

Quam caro mihi constitistis & ingratior mortales: quantum haec tenus expendi ut vos enatrirem & alerem? E nihilo vos condidi, in utero materno nouem mensium spatio custodii; vestri causa homo factus sum, vitam meam vestri liberandi redimendique ergo tradidi, sanguinem meum pretiosum usque ad ultimam guttam profudi, mille ciuciatus & afflictiones vestro nomine pertuli. Quomodo autem his omnibus, & ingrati & perfidi, vii estis? quamuis enim vitam meam dederim vos ut in libertatem asserearem, vos tamen me offendere ausi estis; easque manus quae pro vobis cruci clavis affixa fuerant, ad vindictam non veriti prouocare: cor quoque habuistis & animum eum offendendi, qui suum amore vestri cor hasta transfigi in cruce permisit. Quomodo tunc impii erubescunt, quomodo confundentur? Non quidem exiguis ille pudor fuit, quo David, cum a Nathan Propheta his verbis 2. Regg. 12. corriperetur, affectus fuit: Ego unxi te in Regem super Israel, & ego erui te de manu Saul, &

dedi tibi domum domini tui, quare ergo contempsisti verbum Domini tui? At maior tuus furus est pudor, o peccator, quando tibi iudex omnia quae in te contulit beneficia & dona amplissima exprobavit: tunc scilicet iuxta Psalmem regium, Omnis iniquitas o' pilabit o' suum. Iob quoque vir sanctissimus totus contremiscit & pauper, cum acerba haec impropria & exactam illam disquisitionem perpendit: Quid faciam cum venerit adiudicandum Deus, & cum interrogauerit, quid respondebo illi? Quid?anne virum illum sanctissimum metuere, qui virtutem semper coluerat, Dominumque ob oculos semper habuerat, adeo ut amplissimum innocentia testimonium alibi dederit dicens: Non reperi 1. Cor. 1.7. hunc t' me cor in omni vita mea: Item Gentium Doctor Paulus: Nihil mihi conscientia sum, sed non in hoc iustificatus sum: qui autem iudicat me, Dominus est. Hocce igitur modo examen hoc peragerur, hoc modo libri illi aperientur: qui ut aperti fuerint, omnia mox peccata ad oculum patebunt. Est hoc reliquum huius concionis; quod iam prosequear.

Quamprimum enim, ut iudex examine re incepit, librosque conscientiarum referauerit, omnes totius mundi abominationes apertissime ab unoquoque percipient; & quae prius occulta erant, tunc omnibus patebunt, adeo ut quidquid modo in fundo conscientiae delitescit, tunc suffusa ascensurum sit, & in apertum profendum. Hinc Chrysostomus, Omnia peccata 1. Cor. 1.17. tua in tam aperto tamque illustri theatro denuda 1. Cor. 1.17. at, orbi vniuerso palam facta, hominum nebulae, partim cognitorum, partim incognitorum oculis subiicientur. Quam bene hoc ipsum exprimit Psalmista? Quia tenebra non obscurabunt Psal. 13. tenebras, orbi vniuerso palam facta, hominum nebulae, partim cognitorum, partim incognitorum oculis subiicientur. Instar luminis clara apparebunt. Ecce similitudinem.

Aer hic quem videmus & ducimus, mihi simile, nutrissimus puluisculis refertus est, quos aeternos appellare Philosophi solent; atque hi peraulas, atria regumque ac principum palatia volitant, a nemine tamen videntur queunt: at quando sol per vitreas fenestras, ostantur.

ostiorumq; rimas radios forinsecus immitit; quam primum conspiciuntur. Peccata nostra Auditores, veri quidem atomisunt, meræ priuationes, quæ modo à concupiscentia ad usque rationem, modo à ratione ad usque concupiscentiam feruntur, (caro enim concupiscentia aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem) omniaque animæ cubicula, recessus, penetralia, sensus, & animæ facultates iisdem plena sunt: interea tamen dum viimus, eosdem videre non possumus. Sed ubi clara illa iudicij dies illuxerit, & rutilans iustitiae sol per vitreas corporis fenestras, & tenuissimas conscientias rimas radios immiserit, innumera flagitia apparebunt. Confirmat hanc similitudinem meam Augustinus: *Fuit inquit, virtute diuina ut euique opera sua, vel bona, vel mala mentia intutu mira celeritate cernantur: multoque apertius eriam Apostolus, Illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit confusa cordium.*

Tunc nimirum Christus, velut secundus Ioseph, interpretabitur somnia, & inanes conceptus Pharaonum; tunc sapiens ille Daniel visiones & occultas cogitationes superborum Nabuchodonosorum exponet: tunc Iudex peccatoribus scelera sua modo velantibus regentibusque dicer, quod olim Prophetæ Nathan, Dauidi. *Tu fecisti in abscondito, ego autem faciam hac in conspectu solis, & coram omnib; Israël, id est, in conspectu totius orbis.*

Et sicuti olim Ioseph Patriarcha, cum fratres in Ægypto vidisser, peccatum in se admisum quo illi viginti ipsis annis celarent, manifestauit, cosique de eodem coar-guit, dicens, *Ego sum tuus frater vester quem vendidisti in Ægyptum. Ita quoque Christus, vobis omnibus hominibus (qui secundum carnem & ex natura humana assumpta fratres illi sunt) qui coram se apparebunt di-iudicandi, licet hactenus eorum delicta te-xerit, ac dissimulauerit; tunc tamen eadem tot mundo manifestabit, & improverans dicet, Ego sum ille Iesus, ô peccatores, ille Ioseph frater vester, Pater; Redemptor, simul & Deus, in quem peccatis, quem vendidi-stis, cruci affixistis, flagitiisq; vestris in mun-*

Tom. 4. Bess. Aduent.

di huius Ægypto ad mortem coegistis. Omnia itaque tunc aperta erunt, vt ipsemet Iudex olim prædictus, *Noloperum quod non reue-labitur, & occultum quod non scaturit.*

Tunc videbitur ad oculum, quidquid *Matth. 10.* humani generis auctor nongentis & triginta vita annis admisit; quidquid Enos nongentis quinquaginta; quidquid Mathusalem nongentis sexaginta nouem deliquit, denique quidquid omnes homines ab ipso mundi primordio usque in illam diem patrarunt. Quam admiranda tunc videbūtur Deus bo-ne? quot tunc ambitiosi cernentur, qualis fuit Absalom, quot proditores, qualis Ioab; quot inuidi, hec paricida Cain; quot incestuosi, vt Amnon; quot pseudoprophetæ & nefarii concionatores; qualis fuit Balam, qui nimirum legem Dei verbis annuntiant, operibus vero destruunt & violant; quot Ecclesiastici & sacerdotes, qualis Heli, qui re-plum ingrediuntur non quidem ad Dei laudes celebrandas, sed ad beneficia sacrificia-que deuoranda? Denique quidquid hic u-
nam admissum fuit, illic ad oculum pae-bit. Peccate igitur quam vultis occultissime, crimina tegite quam potestis maxime, dis-simulate, excusat, omnia frustra: nam extre-mo illo die in omnium conspectu erit, quid-quid hic olim admisisti, omniaque scelera manifestabuntur. Iplemet Iudex ita olim *Nahum. 3.* prædictus, apud Prophetam, *Reuelabo pudenda-tua in faciem tuam, & ostendam gentibus nuditatem tuam. & regnus ignominiam tuam.* An putatis eum hic verbum *reuelabo frustra poluisse?* nequaquam, sed magna in eodem latent mysteria.

Nam vt tempore brumali, quando omnia niueo stragulo cooperata sunt, marmor nemo à latere, aurum à plumbo, gemmam adulterinam ab iaspide, nec à fordibus res pretiosas sub niue latentes potest discernere: donec niue liquefacta suus rebus color & facies redeat. Ita quoq; in vita huius bruma, omnia exterius hypocrisis & apparentia cu-iusdam niue cooperata videntur ita vt virtus à vitio, iusti ab impiis, sancti ab hypocritis nequeant discerni; sed in suprema illa die quando splendens iustitiae sol, niuis acer-uos uibraramque illam exteriorem dissipau-

V rit,

C O N C I O S E X T A

154.

tit, facile qualis quisque fuerit, apparebit.

Gen. 27.

Decrepitus Isaac adeo caligantes habebat oculos, ut nec duos à se inuicem potuerit discernere filios. Profecto mundus hic modo ita excoctus & effosus est, (quippe qui quinque annorum chiliades explerit) oculosque ita caligantes & obruios habet, ut proprios agnoscere vias filios queat, nec Esaia, peccatores scilicet à Iacob, fidelibus distinguere, sed utroque sapientia inter se confundat. At in die iudicii vnumquemque perfecit nouerit; tunc namque iustus dicit, *Venite benedicti Patris mei, impi vero, ite maledicti in ignem eternum.* Omnia hæc ipsum reuelabat prodixit: stendam gentibus nuditatem, non minora quoque producerat.

Matth. 25.

Nahum 3.

Licer aliquis deformati, distorti, & mon-

strosto sit corpore, ac gibbosus, cicatrices quamvis in pectore habeat, & a tergo stigma, modo indurus sit, nihil horum omnium apparet; sed ubi vestes exuerit, omnis statim deformitas, monstruositas, ceteraque macula manifeste apparent. Idem de peccatoribus interea dum hic viuunt dicendum est; licer enim anima eorum deformis sit, ut quæ maxime, licet gibbo superbiæ tumeat aliisque vitiorum stigmatibus notata sit, si ramen hypocritæ pallio sese cooperuerit omnia recta sunt, adeo ut nihil exteriorius videri queat: sed in terribili illo die, cum iudex nuditatem reuelauerit, omnis mox iniquitas atq; vniuersa flagitia ad oculum apparebat. Beneigitur Propheta hic de nuditate reuelandi locutus est.

Solent crumenis fecæ, aut alii malefactores, si sapientia in iustitia manus incident, denudari, ut appareat, num ob delicta quedam priora tergo stigma inscriptum gerant, vel cauterio inustri sint. Si quod in tergo signum apparet, sine illa tergiuersatione, non expectato iudicio, aut longiori causa examine ad crucem mox, aut rotam condénantur. Peccator ad hunc modum, quia laesæ malefatis diuinæ reus est, & toties toto vitæ tempore in magni iudicis manus incidit, si in ultima illa die iterum in crimine aliquo deprehensus comprehendatur, à iudice mox denudabitur, ut ita constet, num signum aliquod tergium prefecit, num aliquod indicium prioris

comprehensionis inueniri queat; & si quod cum delicti prioris argumentum reperiatur, non prorogato ulterius examine, ad inferos eum detulurus est, & supplicis æternis addicturus. Hoc felicet per Prophetam comminatur. *Ei offendit gentib. nuditatem tuam, Nahum 3. Gregus ignominiam tuam.* Quænam sunt illa regna: regnum nimirum cœli, mundi, & inferorum; in primo regnat Angeli, in secundo dominantur homines, tertium tyrannice tenent diaboli; atque omnes hi spectatores erunt ignominia. O pudor, o infamia, o confusio!

Hic mentis quodam excessu præ admiracione raptus cum admirante Augustino exclamate compellor, *Ecce coram co[m]militi]a populorum nudabuntur omnes cogitationes meæ, tot agminibus Angelorum patebunt uniuersa scelerata mea, non solum actionum, sed etiam cogitationum, simulque locutionum.* Quam intolerabilis pudor erit, quantaque confusio summo cum dedecore coniuncta, coram toto mundo se denudare, cunctis gentibus turbitudinem deregere, crima sua omnibus reuelare: tantus profecto, quantum esset honestissimæ maritionæ se publico ciuitatis loco denudare & vestes depone coactæ. Refert Plurarchus, Melissenias mulieres, nescio qua phrenesi & mentis amentia inductas his ipsiis promiscue vitam eripere solitas adeo ut nullis parentum aut maritorum precibus, nullis suorum consilio à tam infami morte reuocari possent: donec tandem editio publico cautum est, ut quecumque primo violentiasibi manus intulisset, nudato corpore, vita lice priuata, per vicos & plateas, magna cum infamia, raperetur. Et sane tantum apud sanguinarias illas sui interemprætrices editum hoc valuit, ut nulla impostorum manus ibi ausa fuerit initere, veritate nuda per urbem traheretur omnium sannis expoita, pudorem feliciter mortni corporis mortis timori anteponens. Quomodo ergo apprehendere opportebit denudationem coram vniuersis mundi incolis, & in loco maxime celebri & publico?

Annon igitur insenare atque impudent peccator, postulantum Doctorum virtutumque sancti,

sanc*tissimum*, infamem hanc scelerum tuorum manifestationem ac denudationē perhorrescis, aut saltē cogitādo apprehendis? Quid? etiā delicta vni homini in confessionis secretario detegore; qui igitur feres eadem omnium oculis manifesta, A-chitophel qui aduersus Davidis regnum cōspiraret, Absolomoq; vt in patrem insurgeat auctor exstiterat, cum sciret coniuratiōnem detestam esse, vt infame proditoris nōmen subterfugeret, laqueo vitam finire maluit, quam in Davidis conspectū venire. Iudas quoque Ischariores, omnium traditorum facile Princeps cum sibi propter sceleratam Domini prōditionem, immortalem ignominiam ac dedecus instare sciret, infamia laqueo vitam abrupit, vt extincta vita, simul & infamia extingueretur. Eheu! infide & perfide peccator; qui aduersus cœlum toties conspirationem iniisti, quomodo in hoc iudicio te geres, quo animo hanc infamiam sustinebis, cum omnia delicta toti mundo manifesta esse perspexeris? porro ignominiam hanc & infamiam, qua ex hac scelerum denudatione oritura est, prævidens David, fortiles ac beatos prædicat eos, quorum testa sunt peccata.

Sed peto, num peccata iustorum, quæ au-
stera pœnitentia & affiduo floru expiata
sunt, hic iterum reficanda sint, querro, num
hic de tertio iterata ac blasphema Petri ne-
gatione futurus sit sermo? an de lasciuia Ma-
riae Magdalena; & Davidis adulterio & ho-
micio? Negat quidem Magister Senten-
tiarum, quia superius dictum, beatos esse,
quorum remissa sunt iniquitates, & quorum testa
sunt peccata. Sed solus ipse huius opinionis
est; ceteri enim Patres & doctores sentiunt,
iustorum hic peccata non minus quam im-
piorum reuelanda: nō quidem, vt infamiam
iis afferant, aut confusionem gignant, aut vt
propter eadem condemnentur, sed ad mai-
orem laudem & gloriam, quippe in pœnitentia,
corporis emaceratione, lachrymis & fle-
tu illa delere & eluere sunt conati; ac proin-
de manifestatio hæc illis summo honori fu-
tura est: quia quamvis Deum offendenterint,
peccataque in eum commiserint, pro iisdem
tam pœnitere. Ut hinc simul manifestum

fieret, omnia hic reuelanda, ac nihil abscon-
ditum futurum.

Hoc igitur vos in mente habere velim,
obstinati peccatores, marmore & ferro du-
riores; hocque semper ante oculos gerere,
atque ita fieri, vt nunquam Deum offensi-
tis: ligare quoque & seueritatem exami-
nis huīus semper percepire, cogitare quin
etiam quanta sit futura infamia delicta sua
omnibus reuelata videre, & quidquid um-
quam in occulto paratum est, in luminis au-
ras & in apertum prolatum: quanta quoque
futura confusio ab omnibus tum Angelis &
hominibus, tum dæmonibus exsibilari &
subsannari, qui omnes una voce clamabunt:

Ecce homo qui non perfuit Deum ad iudiciorum suū. Psal. 55.

Quæ omnia si quis in mente habuerit, nun-
quam diuinam iustitiam peccando offen-
det.

Etsane ita se res habet summe & supreme
Iudex. Cuius enim tanta foret impudentia,
vt suum offendat Dominum, regem Deum
& creatori, suumque etiam Iudicem à quo
iudicandus sit? quis adeo futurus est audax
& præsumptuosus, vt aduersus eum con-
spiceret, cui exactissima de tota vita reddenda
est ratio? Evidēm mille potius mortis
genera subire patens sum Domine quam
de te offendendo vel cogitare. Quomodo en-
im tam strictum examen subeam? qui tan-
tam infamiam sustineam, qua ab omnibus
hominibus deridear? Sane qui hanc igno-
minia subierit, dicere illud Prophetæ po-
terit: *Omnis qui viderunt, deriserunt me.* At *Psal. 21,*
cuius tantæ futuræ sunt vires, ô Iudex vi-
tiorum ac mortuorum, qui in hoc examine
non expauescat? an non vero tibi sufficiat
de operibus verbisque rationem reddi, vt
ipsas etiam cogitationes discussurus sis.
Nam si iniquitates obseruaueris Domine, Do-
mine quis sustinebit, si omnia minutim en-
clicare volueris; Paradisi fores occlude, & Di-
tis potius ianuam resera, omnesque ad in-
feros detrude: neminem namque esse pu-
tem, qui iustitiae tuæ ad amissum satisfaciat.
Quamobrem noli ô æterne Deus, Pater, ac
iudex: iniquitates nostras excutere, noli
eadem accurate inquirere, sed ostende no-
bis misericordiam tuam, nosque æternam.

V. 2 gloriam,

gloriam, quam passione acquisuisti, queque ultima nostra felicitas est; intrare concede, cuius nos participes reddat Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. A M E N.

S A B B A T O.

D E S E N T E N T I A , Q V A E I N I V-
dicio pronunciabitur.

Partitio.

- I. De horrifica voce sententia.
- II. De sententia iustorum.
- III. De sententia reproborum.

Memorare nouissima tua, & sententiā imprimis quae in iudicio extremo feretur, & in æternum non peccabis.
Eccles. 7.

F I G V R A.

Apoc. 19.

V Idit olim in Apocalypsi sua Ioannes cœlum apertum, & ex eo equum album egredientem, cuius sessorocabatur fidelis & verax, cuiusque nomen designabat verbum Dei, qui præterquam quod esset ad preliandum litigandumque edoctus, erat & in iudicando versatissimus, in quo iustitiam seruabat. Oculi eius erant flammæ, vestis cruento tincta, caput variis diadematis redimitum; de ore eius gladius anceps egrediebatur & acutissimus, quo omnes mandi nationes & gentes ferire conabatur. Sequebantur hunc agmina cœlestium stolis albis induitorum, & candidis equis insidentium. Gestabat adhæc virgam ferream, qua omnes nationes regebat & coerciebat, eiisque mortuorum scriptum erat, Rex regum, & Dominus dominantium. Of secundum & feracem mysteriorum campum! Et sane nullus per hunc equitem melius designari posse videatur, quam Christus Dominus ac Redemptor noster ad iudicium venturus. Albus ille equus eiusdem humanitatem denotat, quæ tunc cœlo egressura est, nitida, munda, & ab

omni prols sorde ac labi immunis; eques autem eidem insidens, ipse Dei filius est ac Virginis fructus, qui in promissis fidelissimus, & in verbis veracissimus, qui non nisi summa ^{et} iustitia pugnet & iudicet: in quantum iudex, sententiam pronuntiabit, & in quantum bellator, eandem executioni mandabit, in quo nullus ei vel minimum poterit contradicere. Virga autem ferrea typus est æquitatis illius, nam quemadmodum ferrum difficile flectitur aut in varias partes ducitur: ita quoque æquitas eius in nullam poterit patrem fletri, aut fauore duci. Oculi illi flammei, indicant furorem; diadema illa, mercedem & retributionem quam iustis passione sua acquisuit; vestis illa purpura, eo sanguine cruentata, index est vulnerum quæ olim in passione sua accipit, quæ tunc aduersus peccatores ultionem & vindictam depositant; exercitus illi, qui eum comitantur & stipant, significant legiones illas Angelorum & Sanctorum, quæ cum Judice hoc ad iudicandum descendunt. Denique gladius ille regius, virimque acutissimus, qui ex magni huius Iudicis ore prodit, imago est horrendæ & formidabilis sententia, quæ extremo illo die ab ore ipsius exhibit sententia, inquam, terribilis ac metuenda, cui mille gladij ac mucrones comparati instar testucæ videantur: sententia quæ instar gladij obuios quosque interficiet, quæ in omnes mundi nationes scuieret, sententia quæ instar gladij aneipitis armis simul & corpora transadjet. O sententiam inauditam! o terrible decretum! o tonitru irreuocabile! De eo pluribus ho- dierna concione agemus, eiusque horrorem & magnitudinem cunctis ob oculos ponemus. In quo velim, o Sanctissime Spiritus vocem meam roborari, pulmones & latera dilatari, ingenium illustrari, pectus firmari, atque animum & vires superaddi. Tuque o sacratissima Mater & Virgo, solitum hic mihi auxilium ne deneges, sed ad te precibus, ad te patrocinis, atque ideo solito etiam more te salutamus.

A V E M A R I A.

Dū cogitabundus hodie, nescio quod meditans,